

NvK an Michael von Natz. Er präzisiert seinen Auftrag zur Absolution der Verena von Stuben und ihrer Anhänger durch genaue Anweisungen zum Ablauf der Zeremonie und zu den Voraussetzungen der Absolution. Er ermahnt Michael, seine Vollmachten nicht zu überschreiten und insbesondere die Priester nicht zu absolvieren, die aufgrund der Nichtbeachtung des durch die Anwesenheit Verenas ausgelösten Interdikts in Irregularität gefallen sind. Mit der Einsetzung der neuen Äbtissin solle man bis zum Sommer warten. Diese sei auf die Reformcharta von 1455 zu verpflichten. Bis dahin sei der Verweserin zu gehorchen.

Or., Pap. (Verschlussiegel rückseitig): BOZEN, StA, Lade 19 Nr. 12 M.

Druck und Faksimile: Nikolaus cardinalis 16f.

Regest: Lichnowsky, Geschichte des Hauses Habsburg VII, CCLXXXIVf. Nr. 111; Jäger, Regesten II 170 (mit falschem Datum 25. Oktober).

Em.: Jäger, Streit I 311; Meuthen, Die letzten Jahre 51, 163 Anm. 5; Baum, Nikolaus Cusanus in Tirol 208f. (mit falschem Datum 25. Oktober); Baum, in: Germania Benedictina III 3, 655.

Eternam salutem. Venerabilis domine, ponderate bene commissionem, ubi ponitur, quod solempniter fiat absolucio¹⁾, et Verenam facite venire ad ecclesiam tempore congregacionis populi multi, et iaceat prostrata ante altare. Et legatis vos cum presbiteris septem psalmos super eam cum letania et collectis, et spargite eam aqua benedicta. Deinde facite eam surgere et tacta cruce solempniter publice iurare, amplius obedire ecclesie etc. Et tunc auctoritate apostolica et nostra absolvatis eam a censuris, ipsam cum baculo albo²⁾ super scapulas percuciendo. Et iniungatis ei pro penitencia, ut servet regulam, et tot annis peniteat et studeat satisfacere deo, quot annis insorduit in censuris, omni die cum humili prostracione dicendo centum „Pater noster“ et centum „Ave Maria“ in vlgari et cum abstinentia et silencio etc., tamen dando licenciam superiori ordinis, ubi ipsam manere continget, penitenciam illam mutando, minuendo et augendo, hoc tamen semper addito, quod regulam observet.

Item similiter facite cum conventu, faciendo eas venire in ecclesiam beate Marie in Brunecka³⁾, ita quod admittant administratricem⁴⁾ et palam promittant ei ut tali obedire iuxta processus.

Item considerate, quomodo non habetis potestatem absolvendi, nisi in censuris. Ideo caveatis, si quis celebravit in interdicto ob Verenam lato, quod secum super irregularitate non dispensetis. Eciam a[d] quietem dicite tam Verene quam conventui et aliis reis, ut de interemptis in Ennenberg⁵⁾ querant remedium, quoniam causam prestiterunt. Et rogo vos, ut pro honore dei graviter et rigore procedatis, ut censure plus timeantur.

Item de provisione, ubi in commissione consciencia vestra est gravata, considerate, quod sit rationale, et in hoc maxime attendatis, quod formam commissionis servetis.⁶⁾

Item si dominus dux dixerit de alia abbatissa etc. iuxta pacta⁷⁾, credo, quod melius sit expectare, usque ad estatem, quando venero ad dietam cum papa.⁸⁾ Vix poterit monasterium interim de spurciciis et edificiis incastellacionis purgari et reconciliari⁹⁾ et aliquid pro victu mulierum colligi etc. In pactis eciam non ponitur tempus. Nec sufficit

14 quod: *folgt gestr.* prius. 21 in commissione: *ü.d.Z.*

habere mulierem regulam observantem pro abbatissa, sed alia requiruntur secundum cartam quatuor abbatum, que servari debet.¹⁰⁾

Item, quando conventuales absolveritis, oportet, quod iurent obedire et quod admittant administratricem et promittant servare reformationem secundum cartam quatuor abbatum, quantum sinit earum fragilitas. Valet feliciter. Ex Roma jovis ante Symonis et Jude 1458.

Vester N. cardinalis sancti Petri

(*Adresse rückseitig*) [Venerabili viro] nostro fideli dilecto magistro [Micha]eli de Netz
35 preposito beate [Marie in ambitu] Brixinensis.

1) S.o. Nr. 5770 Z. 78-84.

2) *Der weiße Stab dient hier als Symbol der Unterwerfung unter den Bischof; s. DRW XIII 1139. Zur Verwendung des Stabs in Bußritualen vgl. auch Naumann, Introductio poenitentium 76, 80, 84.*

3) *Die Marienkirche im Brunecker Ortsteil Oberragen, ab 1610 Brunecker Pfarrkirche.*

4) *Afra von Velseck, die von NvK eingesetzte Verweserin zu Sonnenburg.*

5) *Die am 6. April 1458 getöteten Söldner; s.o. Nr. 5591-5596.*

6) S.o. Nr. 5770 Z. 87-93.

7) S.o. Nr. 5725 Z. 21-24.

8) *Der soeben einberufene Fürstentag zu Mantua; s.o. Nr. 5769. NvK rechnete offenbar bereits mit dem Erscheinen des Herzogs.*

9) *Vgl. Nr. 5770 Anm. 12.*

10) *Die Reformcharta vom März 1455; s.o. Nr. 4248.*